III. AETNA (*S. Maria di Licodia*).

Vetusta Inessa, postea Aetna dicta (Strabo 6, 2, 3 p. 268 cet.) quos titulos dedit numero paucos, Latinos autem omnes, hoc capite complexi sumus.

6999 in saxo nigro cavernoso; erutum ad fontem Botti, ubi veteris Cataniae aquaeductuum reliquiae, extat ad templum S. Mariae a Licodia Cassinensium inter Paternionem et Hadranum IIII mil. pass. ab utroque GVALT. Inde delatum est Cataniam in museum Benedictinorum, sed imminutum AMICO. Ibi adhuc.

Gualterus ed. 1:	*Gualterus ed.* 2:	*ego*:
C V R A T O R E S	C V R A T O R E S	C V R A
Q · MACVLNIO · C · F	Q · MACVLNIVS	Q · MAC
E R A T I V O D E	ETRA/TIVODE	T TRVT
NTVRFCAOCHAC	ATVRIVCAOCHAC	A TVRIV

Descripsi. Gualterus n. 273=335 'desperatae lectionis; parum id diei, quod a solis occasu reliquum, partemque noctis, quam insomnem egeram male ibi pernoctans, eius lectioni distribui adque lychnum invigilavi. Insudavit et Franc. Spitalerius I. C. Hadranitanus, nec lapidi vitam dare suffecimus'. Inde Carrera 1, 296; Amico 3, 46. 195; Torremuzza Sic. VII, 22 = 23; Ferrara *stor.* p. 302. De lapide Amicus 3, 196.

Amicus haec sola legit in lapide: CVRAT | Q·MACVL.

7000 rep. sub summo cacumine montis Aetnae ad altitudinem met. 2750 in loco q. d. *la Torre del Filosofo*, est Cataniae apud priorem Coco.

VALERIA
MVSA MATE*r de parci*
MVNIO · SV*o*
FE*cit*

Descripsi.

7001 rep. in monte Aetna in regione silvestri, est Cataniae apud priorem Coco.

ONIVS
IVS · C
PARVN

Descripsi.

7002 in monte Aetna in regione silvestri rep., est Cataniae apud priorem Coco.

TO · D
SPITA
DENTI
LIPE

Descripsi.

7003 in lapide magno rep. et adservato cum n. 7000.

N S
cauda delphini

Descripsi.

IV. CENTVRIPAE (*Centorbi*).

(Cf. C. I. Gr. 5742—5742 *b*.)

Τὰ Κεντόριπα, Latine *Centuripae* (sic certe Plinius 31, 7, 86; Solinus 5, 19; Ptolemaeus 3, 4, 13. 8, 9, 4) civitas Romanae, per nescio quas Troicas origines opinor, cognata habita (Cicero Verr. l. 5, 32, 83), aetate Ciceronis *totius Siciliae multo maxima et locupletissima* (Verr. l. 4, 23, 50) civiumque numerans decem milia (Verr. l. 2, 68, 163) iure tum libera et immunis fuit (Verr. l. 3, 6, 13), mox Latinum ius impetravit ante quam id universae Siciliae dictator Caesar dedit (v. p. 713). Deinde cum bellum cum Sex. Pompeio gestum florentem ad id tempus statum oppidi fregisset, Centuripae licet restitutae ab Augusto (Strabo 6, 2, 4 p. 272) ab eo inde tempore iacuerunt. Fuisse sub duoviris docuit titulus n. 7004 nuper repertus.

7004 Centorbi rep., est Panormi in museo.

/ / C \ / / V I / / /
p. CORNELIVS · P · F · GRAMME
LIPAX · ET · P · CORNELIVS · P · F · P · N · LONG*inus?*
PATER · ET · F · PRO · HONORE · IIVIRA*tus*
5 *s*PHAERISTERIVM · FECERVNT

Descripsi.

7005 cista marmorea ornata. Centorbi rep. 9 Ian. 1842 *nella contrada Difesa vicino l'antica torre chiamata il Castellaccio; innanzi ad ognuno de' lati dell' urna era situato un gran mattone.* Extat apud Iosephum Polizzi.

D · M · S
l · AE*li*O · PIO · FILIO
*e*V*t*YCH*E*S · *et* · COE
*t*ONIS · PAR*e*N*t*ES
5 VIX · AN · XVII · M · VII · D · XX

Ansaldi *mon. di Centuripi* (1851) p. 52 cf. p. 66.

2 IAEIO, 3. 4 FVIYCHIS·FICOE | IONIS PARINIES traduntur.